

imperatore Caesare triumviro reipublicae constituendo. De aedilitate Agrippae, quam suscepit iam consularis, cf. Dio 49, 43; Plin. h. n. 36, 404. 121; Frontinus de aq. 9.

129 M. Agrippa L. f. cos. tertium fecit.¹ |

Imp. Caes. L. Septimius Severus Pius Pertinax Aug.. Arabicus Adiabenicus Parthicus maximus pontif. max. trib. potest. X² imp. XI cos. III p. p. procos. et | imp. Caes. M. Aurelius Antoninus Pius Felix Aug. trib. potestat. V cos. procos. Pantheum vetustate corruptum cum omni cultu restituerunt

Romae in Panthei epistyllo (VI 896). — 1) Consul tertium Agrippa fuit a. 727, Pantheum fecit a. 729 (Dio 53, 27 cf. Plin 34, 15. 36, 58; Becker topogr. p. 634 seq.). — 2) A. p. Chr. 202.

130 M. Agrippa L. f. cos. III, | trib. pot. III.¹

Emeritae (Merida) rep. in ruinis theatri (II 474 ter descripta hoc saeculo). — 1) A. 738/9. — Trib. potestate VI videtur dici Agrippa in inscriptione fracta XIV 2230. — Imperator videtur Agrippa dici in frustulis inscriptionum IX 262. 2200, dicitur C. I. Gr. 4878. Fuit etiam quindecimvir sacris faciundis (cf. ad IX 262).

131 C. Caesari Augusti f. | pontifici, cos. | designato, | principi iuventutis

132 L. Caesari Augusti f. | auguri, cos. | designato, | principi iuventutis
Romae, bases duae aequales rep. a. 4554 in foro Boario, descripsérunt Smetius aliquie (VI 897. 898). — Bases cum simul positae esse videantur, positae sint necesse est a. 752 vel 753, cum illo L. Caesar consul designatus sit (cf. Mo. mon. Ancyra. p. 53), kalendis Ianuariis a. 754 C. Caesar fasces sumpserit itaque desierit esse consul designatus.

133 C. Caesar | August. f. | cos.¹ | vias omnes | Arimini stern| Arimini (XI 566). — 1) A. 754.

134 C. Caesari Augusti f. | po[n]t., cos., principi | iuentutis.

In vico Spoltore, ubi videtur fuisse Angulus oppidum Vestinorum (IX 5343).

135 L. Caesar[i] Augusti f., | annos nato XI¹, | A. Octavius [A.] f. Ligus, | M. Genicilius M. f. Sabin. | IIvir(i).

Ad lacum Sabatinum, ibi ubi fuit Forum Clodium, semel tantum descripta saec. XVII (XI 5304). — 1) L. Caesar natus a. 757, undecimum annum explevit a. 748, quo anno hic titulus positus est vel a. 749 ante natalem eius duodecimum. Cf. infra N. 142.

136 [L. Caesari Aug. f. | p]rinc[ipi] iuentutis, a[ug.], | quem cos. populus creavit | ann. nat. XIII, | [se]natus et populus Romanus¹.

Romae (VI 900 bis ut videtur descripta saec. XVI). — 1) Pertinere ad L. Caesarem probavit Mommsen l. c. adducto titulo Nicomedensi III 325, contra Borghesium opp. 3, 454, qui tribuit Neroni postmodum imperatori.